

sed et cunctis in hoc orbis theatro constitutis mor-  
talibus stupendum diuinæ providentiæ iudicium  
manifestatum fuit, in eo quod Asina locuta fuerit,  
et uiderit quod homo uidere non potuit, et quidem  
eo maius fuit hoc prodigium, quo adimal ad id  
perhibendum fuit infirmius, et ineptius, sed con-  
cedamus acri uisu præditam Asinum, ab eo cæciosig  
esse uidemus, unde de tam curioso animali ortum est  
proverbium, de Asini prospectu, proferit Philiadum  
scriptor narratiunculam habellæ similem, si quis  
quidam uarias auium formas finxerat, illasq; in  
officina collocatas, et dispositas habebat, at Asinus  
quidam, in obseruantis agasone sequente, curiosita-  
te commotus inserto per officinæ fenestellam capite,  
pariter et aues, et reliqua uasa stolidum animal  
deiecit, comminuitq; utinam visu aut oculis huius  
carnisset, salua siguli uasa mansissent, agaso ad  
iudicium raptus non fuisset, nec asinus siguli  
uasa sustinere soluisset, sed hæc de prospectu  
Asini, Asini rauicam uocem, et ut ita dicam fra-  
giosam audiamus, longè prospecto hæc uox à uoce  
triumphantium Romanorum abest, illa lætabatur,  
hæc tristatur, illa gratulabatur, hæc lamentatur,